

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Josephvs Captivus

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

mercatores quosdam venientes. Vultis auscul-  
tare mihi? Quid profuerit nobis cruenta cædes  
fratris nostri? Vendamus eum potius Ismaelitis,  
quos videtis venientes. Ne afferamus hostiles  
manus fratri; abstineamus a sanguine. Nam  
certe frater noster est procreatus eodem sangu-  
ine. Agite, finite vos exorari. *I.* Recte ait. *S.*  
Sed ne forte. *Ju.* Frater, ne metue: amittes  
eum venditione non minus quam nece. *L.* Ita  
est. Accedit etiam quæstus ex venditione: quein  
quæstum amitteremus si eum necaverimus. *S.* Sine,  
fiat. *Ju.* Heus mercatores, vultisne emere pue-  
rum quendam elagantem? *M.* Fortasse: fac vi-  
deamus. *Ju.* Extrahite eum e puteo, empturi  
sunt. *Jo.* Nunc quidem mihi pereundum est,  
video: extrahor ad cædem. *Ju.* Ne trepita, non  
necaberis, sed venderis. En vobis puerum lepi-  
da forma. *M.* Hercle bellum, & ingenuum,  
Quanti eum indicatis? *Jn.* Triginta argenteis.  
*M.* Accipimus. Accipite pecuniam.

## SENTENTIA.

*Invidia homines impellit ad quodvis facinus.*  
*Et Deus suos non equidem deserit, sed ut exploret,*  
*in extremos angores venire patitur.*

## JOSEPHVS CAPTIVUS. Gen. 40.

## ARGUMENTVM.

Josephus captivus interpretatur somnia  
Prægustatoris & Pistoris Pharaonis.

*Jose-*



*Josephus, Prægustator Pharaonis, Pistor.* fer  
tum

**Q**uid accidit, ut hodie vultu fitis adeo incesto? tuu  
P. Somniavimus uterque', & a) caremus  
conjectore. *J.* At habet Deus conjectores.  
Agite, narrate mihi. *Pr.* Videbar mihi in somnis  
videre ob oculos vitem, ex qua tres palmites ori-  
entur: quæ deinde quasi germinaret, produxit  
florem, unde uvæ plenæ racemis maturescabant.  
Erat autem mihi in manu poculum Pharaonis:  
Itaque cepi uvas, easque in id expressi, deinde  
tradidi ei in manum. *J.* Hæc est interpretatio:  
tres palmites, b) tres dies sunt: hinc ad triduum  
Pharao jubebit te produci e carcere, restituensque  
in locum muneris pristinum, slabisque ei ad cya-  
thos, ut ante. Quamobrem ubi adeptus fueris  
hoc tantum bonum, facito (quæso) ut memine-  
ris mei, præstesque mihi hoc beneficium, ut fa-  
cias mentionem mei apud Pharaonem, meque  
extrahas ex hac domo. Nam surreptus sum clam  
ex terra Hebræorum: neque quicquam feci, quam-  
obrem conjicerer in carcerem. *Pi.* Recte sane  
interpretatus es. Sed audi meum quoque som-  
nium. Tria alba canistra erant super capite  
meo, in quorum summo inerant Pharaonis omnis  
generis cibi pistoriæ, quos inde aves comedebant.  
*Jo.* Accipe conjecturam. Tria canistra tres dies  
sunt. Abhinc tres dies jussu Pharaonis securi-  
ferie-

a) Nimirum intelligebant somnia interdum divinitus  
immissa: Id quod verum est: & hodie etiamnum sit,  
sed super factis aut faciendis, non credendis.

b) Hoc est, pro tribus diebus in somnio sumuntur.



ferieris, atque in cruce in tolleris, ubi alites vorabunt  
incœsto? tuum cadaver.

## SENTENTIA.

*Deus piis arcana detegit: idemque viam ad eo-  
rum salutem sœpe ante præparat.*

## JOSEPHVS. CONIECTOR.

Genef. 41.

## ARGVMENTVM.

Josephus interpretatur Pharaoni duo so-  
mnia, ob eamque causam Pharao præfixit  
eum toti Ægypto.

*Pharao, Josephus.*

Somniavi quiddam, quod nemo mihi potest in-  
terpretatione explicare. Te autem audio  
esse conjectorem somniorum, ideoque te accer-  
sivi. *J. a)* Evidem is sum, per quem Deus  
interpretetur somnum tuum, Pharao. Itaque  
narr. *P.* Videbar mihi adstare ripæ fluminis!  
atque ex eo exierunt septem vaccæ bene habitæ,  
& pulchræ visu, quæ pascebantur in carecto.  
Ecce autem deinde septem aliæ graciles & de-  
formes supra modum, & tenui corpore, quales  
nunquam vidi in Ægypto, quæ devoraverunt  
priores. Quas cum demissent in sua viscera,  
tamen id non apparebat: adeo semper macie  
deformes erant, ut prius. Ego somno solitus  
sum. Deinde rursum oppressus somno, videbar  
videre septem spicas crescentes in uno calamo,  
opimas

*a) Recte Deo fert acceptum, quod accepérat a Deo.*

